



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvit̃s, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

54. Fer. 6. De desolatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

84 *Feria 5. Dom. 6. Epiph.*

cujus acta me imitari convenit, si sum Christi spiritu repletus.

MEDITATIO LIII.

Feria. 5. Domin. 6. Epiph.

De corporis aegritudinibus, & persecutionibus

Aspiciam adhuc duos scopulos perfectorum. Peram eos intelligere, & evadere.

Conf. 1. Quomodo tententur iidem perfecti corporis aegritudinibus: Ut qui jam in arce, scilicet mente mirabilem tranquillitatem sentiunt, saltem in suburbijis ad majus meritum doloribus exerceantur. Hujus tentationis optimum remedium est molestias a Domino immittas cognoscere.

Conf. 2. Quomodo iidem tententur insuper malorum persecutionibus, quarum daemones auctores sunt: imò & justis interdum falsam opinionem deceptis iidem daemones utuntur ad vexandos perfectos. Huic tentationi resistendum est armis patientiae, & longanimitatis, & absconsiōne sub petra divinae protectionis. *Colloq.* de more, ut cum caeco illuminer, qui beneficium per caecitatem accepit, per hanc enim oculis interioribus respexit.

MEDITATIO LIV.

Feria 6 Dom. 6. Epiph.

De Desolatione.

Aspi.

Aspiciam ultimum longéque periculofif-
simum scopulum desolationis. Petam a-
gnoscere, & evitare hoc naufragiū perfectorū

Conf. 1. Postremam & gravissimam perfe-
ctorum tentationem esse internā derelictio-
nem, quā illis lux cœlestis & consolatio aufer-
tur, & subtrahitur: adeò ut anima velut omni
dono vacua relinquatur. Hujus tentationis
remedium est clamare ad Dominum, & ejus
reditum lacrymis & gemitibus postulare.

Conf. 2. Quomodo sic constituti se ani-
mare debeant. 1. Quòd habeant magnam
securitatem æternæ beatitatis: quò enim
Deus ablegare possit illos, qui abnegando se
ex toto unum cum DEO effecti sunt? 2. Qui
ad ultimum sic perstiterint spiritum desolati,
eodem momento sine ullo Purgatorio reli-
quo cœlos penetrant: quia in hac vita eos
nemo alius, nisi se ipso Deus potuit consolari.
3. Tales in hac vita sunt formidini diabolo,
summo amoris Deo, quorum oratione magis
Deus flectitur, quàm plurimum aliorum in
contrarium orantium.

Conf. 3. Exhortantem Dominū ad aman-
dum ejusmodi desolationes: Quòd propriæ
voluntati ex toto ita renuntietur: Quòd
Deo hac in parte ex toto obediatur; quòd
qui se ipsos deserunt, solūque Deum, & non
dona Dei amant, deficiantur: quòd ingens
hæc

hæc

86 *Sabbato Dom. 6. Epiph.*

hæc gratia Dei acquiratur votis humilium:
quia facile Deus humilitate superari potest,
Sulo de 9. rupibus. Eâ præsertim, qua humili-
amur ad divinum obsequium, ad cordis
munditiem, ad Christi exemplum Humilitas
diffidit sibi, confidit Deo: quando igitur cor
meum immoderate jactabitur, offeram illud
Domino, qui dicit: *Fili præbe mihi cor tuum.* Pro
23. Cor servi in manu Domini bene dirigetur.

MEDITATIO LV.

Sabbato Dom. 6. Epiph.

Ope B. Virginis cælum subimus.

Aspiciam ad felicem portum navigatio-
nis Christianæ B. Virginem, Petam de
ejus spiritu, ne à malo præoccuper.

Conf. 1. B. Virginem locum voluptatis Dei,
in quam spiritus ille multiplex ineffabiliore
modo supervenit: Pet. Dam. Serm. de annun-
tiat. quæ speciosior facta est, & dignior quàm
totus mundus, Auct. op. imp in c. 8. Matt. à
qua de deserto ascendente petam contra ap-
petitus meos inordinatos purum amorem
Dei, ne in portu faciam naufragium, ad sco-
pulum superbiæ, temeritatis in judicando,
conatus supra vires, licentiæ increpandi, im-
miserentiæ, ægritudinum, persecutionum,
desolationum.

Conf. 2. Unam originem horum naufra-
giorum